



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXIX. Sitne licitus Imaginvm Sacrarum vsus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

nas reliquiarum. Quæ plura defuper luculentè Scriptura testatur, videre est in meo *Antichristop.* 1. q. 23.

II. Quid CONCILIA complura memorem? 1. *Nicanum II. Act. 3.* anno 558. vocat S. Reliquias, fontes salutares beneficiorum Dei: & excommunicat eorum contemtores. 2. *Gangrense, ante 1200. annos,* damnauit Eustathianos; qui Martyrum Memorias inire fugiebant; quod Corpora etiam Sanctorum putarent immunda. 3. *Carthaginense. V. anno 397.* euerti iussit aras, ubi non essent reliquiae; ne populus superstitione tenetur. 4. *Braccaracense III. anno 563.* iubet thecam eum reliquiis in supplicatiobibns per Sacerdotem præferri. 5. *Moguncinum* sub Carolo Magno, vetat transferri corpora Sanctorum absque licentia Episcopi. 6. *Lateranense III.* sanctiuit, ne ullius coli inciperentur reliquiae; citra Papæ infallibilem Autoritatem.

III. SS. Patrum nimbū densissimum vide in *Bellarmin. libr. 2. de Sanctis cap. 2.*

IV. Ibid. vide testata Miracula ad sepulera, ad S. Ossa; in Inventione corū; in Translationibus: In eorum sub aris inclusione. &c.

V. Accedunt putidissima Sectariorū Mendacia, quibus nos & S. Reliquias operare nil erubescunt. De quibus constile meum *Mendacem Antipap.* p. 1. q. 7. Itis adde furiles argutiones eorūdem, refutatas in mea *Genealogia part. 1. qua-* *stio 23.*

Q V A E S T I O LXXIX.

Sicut licitus Imaginum Sacrarum visus?

CALVINVS Institut. lib. 1. c. 11. tria affe-
rit. 1. Deo inuisibili visibilem fieri i-
maginem, nefas. 2. Christi & Sanctorum
imagines non prohibitas; sed non in templis
ponendas. 3. Easdem non valere ad instru-
ctionem villam; sed delectationem solam.
De his vide meam *Genealogiam part. 1. qua-*
stio. 23.

DE I. D e o inuisibili visibilem imaginem
fieri nefas. **S**VADET, 1. Scripturis *Exod. 20.*
Non facies tibi sculpire. Deut. 4. *Imaginem*
nullam vidiisti: Observa ergo te, ne forte dece-
ptus facias tibi villam similitudinem. &c. 2.
Quia Conc. El. bertinum id vetuit. 3. **Quia**
August. 1. de Fid. c. 7. esse nefas ait. &c. 4.
Quia periculum aperit errori. Itaque si Gre-
gorius in schola spiritus edocuit fruiter, nunquam
dixisset *Imaginem idotarum librum.* 5.
Quia Imagines sunt absentium; at præsens
vbi que Deus est. Quidam Catholici senti-
unt idem; ideoque aiunt; Dei imagines to-
lerari in Ecclesia; non probati.

AUTOR. Ut quidam orthodoxi
de imaginibus Dei sentiant transuer-
sum; at non de Christi ac Sanctorum.
Caluiniana verò ea est techna, ut, cum si
bi docuisse videbatur illicitas Dei esse i-
magines, protinus triumphum canat de
hoc; Non licitum Villam colere imagi-
nem.

AT D E V M effigiare fas est. 1. **Quia**
Angeli, Exod. 25. &c. 3. Reg. 6. picti scul-
ptique sunt, ad Pædagogiam populi: Er-
go & Deus potest; sit licet spiritus. 2.
Quia Deus humana visus in forma est
Adæ. Genes. 3. Iacob, Iacob ininxus, Genes.
21. Prophetis, sedere in solio. Et Sp. San-
ctus specie columbae visus est. *Matth. 3.*
Angeli item persa pè apparuerunt. 3.
Quia Scriptura Deo membra tribuit hu-
mana, etsi incorporeum esse doceat. 4.
Quia pinguitur etiam Virtutes, quæ nec
spiritus quidem sunt. 5. **Quia** Homo
Dei

Dei imago est : ergo Deus potest effigiari.

Concil. Trid. Sess. 25. monet interim concionatores, exponant saepius, quid, quatenusque colatur in iconē. Pictura autem trifariam sit. 1. Ad perfectam formā expressionem. 2. Historicās, vt si creatio mundi, Immolatio Iaaci. &c. pingatur. 3. Ad declarandam rei naturam seu qualitatem analogicas. Sicut virtutes, Angeli. Primo modo solum corpora; Secundo omnia, pingi cōsueuerunt, etiam ipse Deus. Equibus promta. **RESPONSIO** est ad argumenta Caluini.

A D I. ET II. Scripturæ & Concil. loquuntur de pictura primi generis: qua **D E V M** effigiari nefas, & impote.

A D III. Patres, autem de simulacris gentium, aut de pictura primi generis loquuntur.

A D IV. Iniuria sīr S. Gregorio.

A D V. Picturæ causa est non solum rei absentia, sed maximè, quia videri oculis nequit; vt nequit Deus, tametsi prætens.

D E II. CALVINVS *Infl. L. i. c. 12.* Christi & Sanctorum imagines, vt pingi sculpi prohibitæ non sint; in templis tamen propin minimè oportet.

S V A D E T istis. 1. Quia primis 500. annis nullæ in templis im gines visæ. 2. Quia Conc. Elibertinum interdixit. 3. Quia erecta in templo statua signum facit idololatriæ. 4. Quia templa sunt instituta pro baptismo, & Cœna. &c. que sī viuæ sunt imagines: video exulent mortuæ.

A V T O R. Nusquam rectius, ac in templis, visuntur imagines Christi & Sanctorum. 1. Quia & Cherubinæ in Ierosolymitanostabant, iussu Dei. 2. Quia anno 201. Tertullianus lib. de Pu-

dicitia, testatur vel in calicibꝫ sculptum Christum, vt Pastorem repertæ baiulum ouiculæ: Pluraque de statuis Bellarm. l. 2. de Sanctis c. 9. ex historicis, S. Patribus, & Conciliis. 3. Ratio: Quia decent loca sacra facros. Et templum Christianū magis est imago cœli, quam, *Hebr. 9.* Tabernaculum Mosaicum: pertinent igitur ad idem cœlitum picturæ ac sculptræ.

R E S P O N S I O A D I. Mendacium est.

A D II. ait Sanderus *libr. 2. de cultu imag. c. 4.* Interdictas à Conc. ob persecutionem; tum ne Christiani putarentur idololatæ; tum ne imagines sacræ ab ethnicis violarentur. Dein; Conc. i-stud non est approbatum in omnibus; errauitque in nonnullis; Et fuit solum prouinciale 19. Episcoporum.

A D III. Liquet vanitas.

A D IV. Idem prisci dictabant

iconomachi: teste *Synodo VII. act. 6. 10.* 3. Nec imagines dici debent mortuæ; sunt enim viuentium in ecclis hīc inter viuentes in terris.

D E III. CALVINVS ibid. *Non sunt utilites pictura sine notatione historie.*

A V T O R. Quo id argumento probat? Nec villo. Sunt verò perutiles. 1. Iussu Dei in Cherubinis. 2. Exemplo Christi, qui impressam linteo faciem suā Regi Abagaro misit: teste Euagrio *l. 4. c. 26.* &c. Syrophænissa Saluatori statuam posuit: teste Euseb. *lib. 7. hist. cap. 14.* &c. Nicodemus aliam reliquit, teste S. Athanasio. &c. Omnes eæ miraculis illustres. S. Lucas depinxit B. Virginem. *Niceph.* *lib. 14. hist. c. 2.* Talia plura ē Bell. repetit. *l. 2. c. 10.*

3. Porrò Utilitates constant multæ:

Vt

Vt Eruditio ocularis ruidum, Excitatio charitatis in Deum & Sanctos; Exemplum; memoriae Christi & Sanctorum custodia, Confessio fidei, &c.

Atque ista deus iu imaginum: Iam de Cultu.

Q V A E S T I O LXXX.

An Christi & Sanctorum imagines recte colantur?

LUTHERANI iuxta & CALVINIANI
Id cum diris execrationibus pernigant,
multis nisi mendaciis: Vt videre est in meo
Mendace Antipap. part. 1. q. 7.

S V A D E N T istis. 1. Cultus simulacrorum
seuerè vetatur, *Exod. 20. Deut. 4. Rom. 1.*
Non quod Iudæi ac Gentes idola ipsa pro Diis
haberent; cum in iis Deum verum colerent:
sed quod nolle sic coli Deus: quod minus
Sanctos coli patitur? Id quod pluribus do-
cere laborat Calvinus apud *Bellar. cap. 10.*
qua c. 13. 14. 15. 16 &c. refelluntur: ea huc red-
dere premium non est. 2. Imago est ido-
lum, & contra: ergo prohibita.

A V T O R. I. Respondeo istis: Iudei
vocabant idola Deos: *Exod. 31. Fac no-
bis Deos. Iudicum 18. Deos meos abstuli-
stis.* Item Ethnici: *Dan. 5. Laudabant
Deos suos aureos, aereos: &c.* 2. Iudæi sa-
do vitulo Deum sunt oblii verum, *Deu.
32. Psal. 105.* 3. Iudæi in idolis non in-
tendebant colere unum verum Deum:
quia Deum corporeum quererant: &
Ægyptio vitulo similem, dicto Apim.
&c. Vide *Bellar. c. 13. &c.*

A D II. Imago est vera rei similitu-
do; idolum falsa, quia est rei qua non
est: & non principiò, sed denique ser-
pens colebatur.

II. Cùm apparatus ipse ususque sa-
crarum imaginum multiplicem habeat
commendationem, vti patet; & Scri-

pturæ Autoritatem; de qua etiam in *An-*
tichristo part. 1. quaest. 24. idcirco & Cul-
tum Deo in Sanctis suis per eas, ut per
signa, exhibutum esse sanctum oportet
re necesse est.

III. Ita verò omnis retrò tenuit,
tradidit, defenditque veneranda Anti-
quitas, testibus Conciliis sacris Genera-
libus: vt Synodo VI. & Conc. Romano
anno 733. &c. apud *Bellar. l. 2. de
Sanctis c. 12.* Etsi tempore Iconomachie
quædam conciliabula Sanctos, ipsorum
que iconas impugnarint, tamen ait verè
August. l. 2. de bapt. c. 3. *Concilia particu-
laria plenaria sine dubio cedere dibent:* Ut
duo Constantinopolitana & Francofur-
dianum.

Huc communis S. Patrum accedit
consensus istum in sensum Lactantii de
Passione Domini:

*Flette genu, Lignumque Crucis venerabi-
le adora.*

IV. Quot, quantis, quam illustribus
Deus miraculis qua *Vtum*, qua Cultum
S. imaginum adprobavit? Ad Hæmor-
rhoissæ imaginem herba excrescens o-
mni morborum generi mcdebatur, te-
ste Eusebio *lb. 7. hisl. c. 14.* Iuliano ean-
dem remouente, suamque substituente,
hanc de cœlo diffregit ignis, capite pro-
cul proiecto. Id quod Christi statu ac-
cidisse mentiuntur Magdeburgenses
Centur. 4. c. 13.

V. Homo est honorabilis, quia ima-
go Dei est: ergo & Christi ac Sanctorum
imagines. Quod enim vni conuenit,
quia imago est, id omnibus imaginibus
conuenire necesse est. Ratio autem cul-
tus est repræsentatio: hæc si Sancti est, is
religiosus est; hæc si ciuilis, & is ciuilis est.

Ita-